Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sūt testes eius ad plebem Et nos
vobis annunciamus eam que
ad patres nostros repromissio facta
est: quoniam hanc deus adimple
uit filijs nostris: resuscitans ihesum
xpm dominum nostrum Grā Hec dies quā
fecit dñs exultemus et letemur in ea V Di
cant nunc qui redempti sunt a dño quos
redemit de manu inimici et de regio
nibus congregauit eos Alla V Sur
gens ihs dñs noster stans in medio dis
cipulorum dixit pax vobis Sequencia
Agni paschalis esu potuque dig
nas Moribus sinceris prebeat
omnis se xpiane aie Pro quibus se
deo hostiam obtulit ipse summus pon
tifex Quarum frons in postis est ma
dens eius illita sacro sancto cruore et tu
ta a clade canopica Quarum crudeles
hostes in mari rubro sunt obruti
Renes constringat ad pudici
ciam Pedes tutentur aduersus impe
tus Baculosque spirituales contra ca
nes iugiter manu baiolet Ut pas
cha ihu mereantur sequi quo de ba
rathro victor rediit En redimitus
mundus ornatibus Xpo consur
gens fideles admonet Post mor
tem melius cum eo victuros S. luca
In illo te. Stetit ihs in medio
discipulorum suorum: et dixit eis Pax
vobis Ego sum: nolite timere.
Conturbati vero et conterriti:
existimabant se spiritum videre
Et dixit eis Quid turbati estis
et cogitationes ascendunt in
corda vestra? Videte manus me
as et pedes: quia ego ipse sum Pal
pate et videte: quia spiritus carnem
et ossa non habet sicut videtis
me habere Et cum hoc dixisset:
ostendit eis manus et pedes
Adhuc autem illis non credentibus:
sed mirantibus pre gaudio dixit
Habetis hic aliquid quod manduce
tur? At illi obtulerunt ei par
tem piscis assi: et fauum mellis
Et cum manducasset coram eis: sum
mens reliquias dedit eis. et dixit
ad eos Hec sunt verba que lo
cutus sum ad vos cum adhuc
essem vobiscum: quoniam necesse est
impleri omnia que scripta sunt
in lege moysi et prophetis. et
psalmis de me Tunc aperuit
illis sensum ut intelligerent
scripturas: et dixit eis Quoniam
sic scriptum est: et sic oportebat
xpm pati. et resurgere a mor
tuis tercia die: et predicari in
nomine eius penitentiam et re
missionem peccatorum in omnes
gentes Credo Off Intonuit
de celo dñs et altissimus dedit vo
cem suam et apparuerunt fontes
aquarum alla Secreta Suscipe
dñe fidelium preces cum obla
tionibus hostiarum ut per hec
pie deuotionis officia ad celes
tem gloriam transeamus P.